

SACROSANCTI
ET OECUMENICI
CONCILLII
TRIDENTINI

PAULO III. JULIO III. & PIO IV.
PONTIFICIBUS MAXIMIS

celebrati

CANONES ET DECRETA.

*Quid in hac editione praestitum sit, sequens
PHILIPPI CHIFFLETII, Abbatis
Balernensis & Ecclesiae Vesontinae Canonici
& Vicarii Generalis, Praefatio indicabit.*



VENETIIS,
EX TYPOGRAPHIA BALLEONIANA.
MDCCLXXVII.

Superiorum Permissu, ac Privilegiis.



PHILIPPUS CHIFFLETIUS

Abbas Balernensis Illustris. CLAUDII
D'ACHEY Archiepiscopi Vesontini
S. R. I. Principis Vicarius Generalis,
ad Clarissimum & doctissimum Virum
BALTHASSAREM MORETUM.



li P. (a) *Papæ lex est; Commentarios, annotationes, & cetera id genus Concilii Tridentini Decreta, Clerici, Lai- ci, neve scribunto, neve edunto: pruden- ter sane, & magna rei Christianæ bono: etiam id palam est, si scribendi facultas daretur, fore, ut vitio humani ingenii, quo quisque nihil nisi quod ipse fecerit rectum putat, hæc ipsa libertas iræxiã, potius ac tenebras pareret quam lucem. Quocirca cum hæc œcumenica Synodus Tri- dentina, quantum substringitur verbis, tantum diffundatur sensibus, nec tamen cuiquam liberum sit super hoc negotio animi sui sensa patefacere: ita mihi persuadeo hoc unum elaborandum esse, huic uni insistentium, ut saltem ejus placita ac decreta, quæ quotidie manibus terimus, artis Calcographicæ ministerio diligenter excusa, hoc etiam ascicis ornati commendentur, & ad sui lectionem specta- tores invitent. Sane si sponsam Christi Ecclesiam decet (b) non habere maculam neque rugam; turpe est, librum, qui illius mysteria Spiritu san- cto dictante pertractet, maculis editione minus ac- curata contractis erubescere. Multi quidem cum religionis & doctrinæ laude in hoc opere versati sunt, in quorum tamen editionibus multa quibus opus non erat, invenias, desideres non parca. Paulus Manutius puros Canones, & ipsa Concilii decreta præmisi: (c) quibus deinde eruditiorum virorum circa breves adjectæ sunt ad marginem an- nota.*

(a) Bulla Confirm. Concilii. (b) Ephes. 5.

(c) Joan. Sotcalli, & Hor. Lucii.



BULLA INDICATIONIS
SACRI OECUMENICI
ET GENERALIS
CONCILII TRIDENTINI
SUB PAULO III. PONT. MAX.

PAULUS EPISCOPUS, *servus servorum Dei, ad futuram rei memoriam.*
Initio nostri hujus Pontificatus, quem non ob merita nostra, sed propter suam magnam bonitatem, Dei omnipotentis providentia nobis commisit, cernentes jam tum in quas perturbationes temporum, quotque incommoda rerum ferè omnium nostra Pastoralis sollicitudo & vigilia esset vocata; cupiebamus quidem medici Christianæ Reipub. malis, quibus illa jam dudum vexata, & propemodùm oppressa est: sed ipsi etiam, ut homines, (a) circumdati infirmitate, ad tantum onus tollendum impares vires nostras esse sentiebamus. Nam cum pace opus esse intelligeremus ad liberandam & conservandam à plurimis impendentibus periculis Remp. omnia invenimus odiis & dissensionibus plena, dissentientibus præsertim

(a) Hebr. 5.

INDEX
CONSTITUTIONUM
CORNELII AFRICANI

CONSTITUTIONES
EX ANTIQUO JURE
DESUMPTÆ,

ET

PER CONCILIUM
SPECIATIM INNOVATE,
UNA CUM ALIIS QUATUOR
PII PP. IV.
AD CONCILIUM
MAXIME SPECTANTIBUS.

1

LEO DECIMUS
IN CONCILIO LATERANENSI.
SESSIONE X.

De impressione Librorum.

NOs, (a) ne id quod ad Dei gloriam, & fidei augmentum, ac bonarum artium propagationem salubriter est inventum, in contrarium convertatur; ac Christi fidelium salutem detrimat, super librorum impressione curam nostram habendam fore duximus, ne de cætero cum bonis seminibus spinæ coalescant, vel medicinis venena intermiscantur. Volentes igitur de opportuno super his remedio providere, hoc sacro approbante Concilio, ut negotium impressionis librorum hujusmodi eò prosperetur felicius, quò deinceps indagatio solertior diligentius & cautius adhibeatur: statuimus & ordinamus, quòd de cætero perpetuis futuris temporibus, nullus librum aliquem, seu aliquamquam scripturam, tam in Urbe nostra, quam aliis quibusvis civitatibus & diocæsesibus, imprimere, seu imprimi facere præsumat, nisi prius in Urbe per Vicarium nostrum, & sacri Palatii Magistrum; in aliis verò civitatibus & diocæsesibus per Episcopum, vel alium habentem peritiam scientiæ, libri, seu scripturæ hujusmodi imprimendæ, ab eodem Episcopo ad id deputandum, ac Inquisitorem hæreticæ pravitatis civitatis, sive diocæsis, in quibus librorum impressio hujusmodi fieret, diligenter examinentur, & per eorum manu propria subscriptionem, sub excommunicationis sententia, gratis & sine dilatione imponendam, approbentur. Qui autem secus præsumpserit, ultra librorum impressionum

P 5 amil-

(a) Sess. 4. Decret. de edit. & usu sac. lib.